

Pri. 7. num. 10.

DEO TER OPT. TER MAX.

Auxiliante & prosperante,

DISPUTATIO JURIDICA

DE

REI VINDI-

CATIONE:

QUAM

Permissu & Auctoritate

Magnifici & Amplissimi Jctorum Ordi-

nis in prælustri Lipsiensium

ACADEMIA,

SUB PRÆSIDIO

Dn. WILHELMI SCHMUCCII,

J. U. D. & Prof. publ. Præceptoris & Fau-

toris sui omni observantiæ cultu

prosequendi,

Publicè ventilandam proponit

JOHANNES ALBERTI,

Lobenstein. Varisc.


Ad diem 31. Octobr. In Aroaterio Juridico,

horis consuetis.

LIPSIÆ,

Ex Officina BAVARICA, Anno M. DC. XXII.





Perillustri ac Generosissimo
DOMINO,

DOMINO HEINRICO JUNIORI

Stemmata, pro tempore

SENIORI RUTHENO, DOMINO à
Plawen/ DOMINO in Graitz/ Grannich-
feld/ Geraw/ Schleitz & Lobenstein/
Domino suo percleменти &
gratioso,

Publicum hoc Juris exercitium,

In debita subjectiōnis testi-
monium,

Dicat, dedicat

Auth. & Resp.

De Rei Vindi-
catione.

THESIS I.

Antequam ipsam materiam
(id quod Θεάνθρωπος a no-
ster fælix faustumq; reddat)
πραγματολογία aggredia-ονοματε-
mur; haud abs re esse puto, si ejusdem όνο-λογία.
ματολογία prius attingamus, explicando
eam per Etymologiam, Homonymiam, Sy-
nonymiam b.

a) Ut cujus favore omnia conficiuntur, l. tanta 2. §. omnia
i. C. de veter. jur. enucl. & ad omnia consilia omnesq; actus
semper progredimur, l. in nomine 2. in pr. C. de offic. praefect. pra-
tor. Afri.

b) Quæ tria rectè à quibusdam vocantur Definitiones
nominis: Illa enim per expositionem ab origine; Ista ambi-
gua benè distinguendo; hæc per aliud vocabulum æquipol-
lens & notius vocis significationem claram facit: Sic (per
Etymologiam) bona dicuntur ex eo, quod beant sive beatos
faciunt; beare enim est prodesse, l. bonorum 49. ff. de V. S. Sic
benè Ulpianus distinguit (όμωνύμως) inter Jurisdictionem
generalem, & ejus speciem, quæ Jurisdictionis nomen

retinet, & cujus opposita species Imperium appellatur, l. si in
aliam 7. §. cum plenissimam 2. & l. seq. 8. ff. de Offic. Procons. Rr. &
l. imperium 3. ff. de juridict. Sic Jurisconsultus (συνωνόμος)
dicit conditionem pro Actione personali, §. Appellamus 15.
Inst. de Action.

II.

Etymolo-
logia.

Homony-
mia.

Dicitur a Rei vindicatio à vindiciis b an-
tiquis, ut à quibus originem duxit; quamvis
aliud olim vindiciæ fuerint, aliud hodiè vin-
dicatio sit c. Estq; vel universalis, quâ res uni-
versas d; vel singularis; qua rem unam pe-
timus e.

a) Cum notatio verbis proprium det significatum, quan-
do definitio non repugnat, l. notionem 99. §. instrumentorum. 2.
in verb. propriè. l. præcipua 57. ff. de V. S. benè eam præmitten-
dam esse censet Ulpianus in l. juri operam 1. in pr. ff. de Just. &
Jur. & l. è re est 1. in pr. ff. de reb. cred.

b) Vindicia olim erat correptio manus in re atq; loco præ-
senti apud prætorem. Veteres enim ex L. XII. Tabb. in rem
præsentem deducere solebant Adversarium, ibiq; cum eo
coram Præto ex jure manum conferere, id est, manum ad-
versarij prehendere & rem suam esse asserere, atq; ita omni-
bus verbis eam vindicare. Sed postea tempore procedente
hæc solennitas tacito sensu abolita est, & litigantes soli pro-
ficiscebantur in agrum, & ex eo glebam desumptam ad Præ-
torem deferrebant, [quod Ex jure manu confertum vocabatur]
ut in eo tanquam toto fundo vindicarent. Id quod videre
est apud Gellium lib. 20. c. 9. noct. attic. Quæ globa, ut & res li-
tigiosa mobilis vindicia appellata est, Festus Pompejus de verb.
sign. in verb. vindicia. Cujac, in Parat. C. ad h. t.

c) Differunt ut materia & forma: Vindiciæ enim ut mo-
dò dictum olim nihil aliud dicebantur, quam res ipsæ de
quibus controversia erat, Festus d. loc. Vindicatio autem est
ipsa vindiciarum postulatio, l. actionum 25, in pr. ff. de Oblig. &
Act.

d) D

d) De qua agitur in libr. 5. ff. l. item videndum 18. §. nunc videamus 2. l. & non tantum 19. ff. de heredit. petit. l. post actiones 1. in pr. ff. de Rei vindic.

e) Et hæc est nostra disputationis materia, d. l. 1. ff. d. t.

III.

Insignitur hæc Actio variis appellationibus: Dicitur enim Vindicatio *a*, Rei vindicatio *b*, Actio in rem *c*, specialis in rem actio *d*, Judicium petitorium *e*, lis dominij, Princeps & prima Actionum Realium *f*. Synonymia

a) Quod nomen commune omnium actionum in rem, suum facit nostra Actio ex l. quo quidem 4. l. si is qui obtulit 7. l. vindicatio 56. l. qua de tota 76. §. incerta 1. ff. eod.

b) Cum adjectione: ut in Rabb. ff. & C. de Rei vindicatione. l. sed & si res 7. §. in publiciana 8. ff. de public. in rem act.

c) Per eminentiam, l. idem Pomponius 5. in pr. l. in rem actio 23. in pr. & §. loca sacra 1. l. sin autem 27. §. si homo 2. l. 36. §. qui in rem 1. l. redemptores 39. §. 1. l. si in rem actum sit. 51. l. 80. fin. & aliis plurib. ff. de Rei vind. l. agri 1. §. 1. ff. si ager vectig.

d) l. post actiones 1. §. qua specialis 1. l. in speciali 73. ff. de rei vind. idq; ad differentiam universalium in rem actionum, d. l. 1. in pr.

e) l. qui petitorio 36. in pr. ff. eod.

f) Oldendorp. in suis progymnasm. Act. for. in argumento Cause 2. Class. 3.

IV.

Ad πραγματολογία accedentes, Est *a* In πραγ-
Rei vindicatio *a* Actio realis *b*, Domino ad ματλο-
rem suam corporalem vindicandam contra γία tra-
possessorem *c* jure civili data. *d* atur
1. Defini-
tio.

a) Quemadmodum definitio Legis sumpta est à causa
& efficiente, l. lex est 1. ff. de legib. depositi, à materiali, l. deposti-
tum

tum 1. in pr. ff. depositi; rivi, à formali, l. Prator ait 1. §. ait ego 2. ff. de Rivis: Sic nostra definitio omnibus causis constat & causalis est, ut ex seqq. observare licet.

b) Dico *Actio realis* ad differentiam actionum personalium; quæ non respiciunt possessores rerum, sed personas ex contractu, Q. contractu, delicto vel Q. delicto obligatas, §. omnium a. i. §. rei persequenda 17. juncto §. ex maleficiis 18. Inst. de Action.

c) *Possessoris* vocabulum hic sumimus latè, prout accipitur in §. possidere 5. in pr. Inst. de Interdict. & l. qui legatorum 2. §. quod vulgò 1. ff. Pro herede: Ita ut detinentem quemlibet comprehendat, l. officium 9. in f. ff. de Rei vind. l. nemo 10. C. de acquir. poss. Quæ ampliùs, ut & reliquarum vocum ac causarum explicatio perspicua fiet in seqq.

V.

II. Divisio. Dividimus eam in *Directam* & *Utilem*: *Directa* est, quæ principaliter ex Jure Quiritum competit soli & vero Domino a. *Utilis* est, quæ ex bono & æquo ad exemplum *Directæ* accommodatur ei, qui usumfructum, non etiam proprietatem b rei habet.

a) l. in rem actio 23. in pr. ff. de Rei vind. quæ lex propriè de *directa* actione intelligenda. Unde cum rei vindicatio aliis quoq; etiam non Dominis competat, l. agri 1. §. qui in perpetuum 1. ff. si ager vect. vel emph. exinde utilem quoq; dari bene concludi potest, d. l. 23. in pr.

b) Et consequenter neq; dominium. Qui enim usumfructum habet, non statim Dominus est; cum Ususfructus non pars Domini, sed servitus sit; quod expressè asseritur in l. rectè dicimus 25. ff. de V. S. nec propriè pars fundi, l. & perjurandum 13. §. illud 2. ff. de acceptilat. l. ult. in f. C. de prescript. long. temp. Sed jus, l. si à reo 70. §. si reo 2. ff. de Fidejussorib. d. l. fin. C. de prescript. long. Hinc divisionem Domini in *directum* & *utile* nequaquam recipimus, cum utile dominium nullum sit

fit, arg. d. l. 25. ff. de V. S. & omnes rerum suarum intelligantur esse domini eodem pleno legitimoq; jure, l. un. C. de nudo jure Quirit. toll. atq; ita unum duntaxat dominium superest civile sive legitimum, d. l. un. Hæc q; distinctio apud veteres nusquam legitur, sed à Dd. conficta est, Borcholt de Feud. 6. 1. n. 14. & 15.

VI.

Hæc Actio ex Lege XII. Tabb. introdu- III. Cause.
cta & hodiè jure civili b competit. 1. Efficiens.

a) Gellius d. lib. 20. c. 9.

b) §. Sed ista quidem 3. & §. namq; 4. Inst. de Action. l. necessarium 2. §. his legibus 5. ff. de Orig. Jur. l. ait Prator. 5. §. 1. ff. de public. in rem act. Licet utilem Vindicationem Prator, penes quem dandæ actionis erat potestas, se daturum pollicetur, in l. Prator. 75. ff. de rei vind. Wesenbec. hic n. 3. Aliàs Pratoria rei vindicatio illa est, quâ petimus id, quod nobis ex justa causa à non domino bona fide traditum est, & nondum usucapum, ac Publiciana appellatur, d. §. 3. & §. namq; si 4. Inst. de Action. d. l. 1. in pr. & §. 1. ff. de Public. in rem act.

VII.

Et datur Domino a rei, quæ petitur; ut & 2. Materi-
marito ac uxori de re dotali b: & ei, qui tem- alia.
pore institutæ actionis rei litigiosæ non fuit Materia
Dominus, sed demùm post litem contestatã circa Quã:
Dominus ejus factus est c: nec non priori in
traditione emtori vel donatario; etiamsi
non ipse, sed alter rei (venditæ vel donatæ)
instrumentum consecutus sit d. Item ei, qui
rem præscripsit seu usucepit e.

a) l. actionum 25. in pr. ff. de Obl. & Act. l. non idèd 66. ff. de Rei vind. §. omnium 1. §. ex maleficiis 18. vers. pœnam, Inst. de Act. Sive is juregentium, sive jure civili dominium acquisiverit, d. l.

d. l. in rem. 23. ff. de rei vind. Dicitur autem acquisivisse jure-
gentium dominium is, qui id modis ad eam rem hoc jure in-
troducitis acquisivit, *l. ex hoc jure 5. ff. de Just. & Jur. l. quarum-
dam 1. in pr. ff. de acquir. rer. dom.* jure civili, qui acquisivit mo-
dis hoc jure ad acquirendum proditis, *d. l. 5. in f. & d. l. 1. in pr.*
sive dominium plenum, nempe quod cum usufructu est, ha-
beat, sive nudæ tantum proprietatis Dominus sit, *l. fructus 33. vers. hac ratione ff. de rei vind. arg. d. l. rectè dicimus 25. in pr. ff. de V. S.* Etiam ei, qui non purè, sed sub conditione Dominus est;
veluti, si cui fundus hac conditione venditur & traditur, ut
si alius majus pretium dederit, inemptus sit: certè priusquam
hoc pretium ab alio solvatur, emtor habet rei vindicatio-
nem, *l. si quis hac lege 41. ff. de rei vind.* Cum vero pretium ma-
jus ab alio datum fuerit, emtor amplius agere non potest, qui
dominus esse desinit, *d. l. 41. & l. quoties fundus 2. in pr. ff. de in-
diem addict.* Neq; refert, etiamsi quis Dominus sit revocabi-
liter, id est, si aliquo casu ab ipso dominium recessurum sit,
& abire speretur, *d. l. non idè 66. ff. de rei vind.* Non autem ei
datur, qui dominium rei amisit: quia cessante dominio, et-
iam Domini appellatio cessat, *l. alienatum 67. in pr. ff. de V. S.*
*arg. l. non usq; 2. ff. si à parente quis manum. & l. si aestimata 1. C. de
fund. dot.* Quemadmodum Ergò in rem actio ei non datur,
qui nec juregentium, nec jure civili dominium quæsitum ha-
bet: Ita nec ei dari debet, qui dominium semel quæsitum
iterùm amisit; ut quod in persona actoris necessariò requi-
ritur, *d. l. 1. C. d. t. & d. l. in rem 23. ff. de rei vind.*

Q.

b) Marito hanc actionem competere, constat ex *l. de
his que II. C. de jure dot. l. doce ancillam 9. C. de Rei vind.* Est enim
maritus rei dotalis dominus naturalis, inspecto nempe
traditionis actu, *leg. in rebus, 30. Cod. de jure dotium, l. Lucius
Titius 21. §. idem respondit 4. ff. Ad municipal. arg. §. per traditio-
nem 41. in f. Inst. de rer. div. & l. traditionib; 20. C. de Pact* Quod
etiam exinde probari potest, quod ei multa concessa sunt,
quæ non nisi Domino concedi solent: utputa mancipia do-
talia manumittere, *l. & si dotis 3. C. de jure dot. iisdem autor es-
se ad eundæ vel repudiandæ hereditatis, l. servus dotalis 58. ff.*
107.

Casey

Solut. matrim. Quod & uxori certo casu permiffa fit rei dota-
lis vindicatio adverfus extraneum, constante matrimonio,
testatur *l. mater tua 3. C. de rei vindic.* Quamvis enim res do-
tales ad substantias mariti per legum subtilitatem pervene-
rint, ut ita subtili quadam juris civilis fictione dominium
earum, fit penes maritum, *considerato effectui*; ejusdem tamen
respectu uxor jure naturali domina est, *d. l. 30. C. de Jure dot. l.*
sciendum est 15. §. si fundus 3. ff. Qui satisfat. cog. Treutl. vol. 1. disp.
15. th. 2. lit. b. & vol. 2. disp. 7. th. 6. Et hoc propter promiscu-
um rerum usum & mutuam conjugum affectionem, quibus
societas quaedam divina & humanae domus initur, *l. nuptia 1.*
ff. de ritu nupt. l. adversus 4. C. de crim. expil. hered. & una quasi
caro ex duabus personis efficitur, c. gaudemus 8. vers. verum ab-
sonum. de divortio, c. fraternitatis 1. vers. quamobrem 25. q. 10. unaq;
domus & familia constituitur, *l. cum aliter 1. ff. ad SC. Silan. Jo-*
an. Coras. Tolosas, lib. 5. Miscell. c. 14. n. 3. Unde ex Juris Saxo-
nici dispositione maritus & uxor omnia bona inter se possi-
dent pro indiviso, *Landrecht lib. 1. art. 31. in pr. Denn sie sitzen mit*
einander in gleicher Gewehr: prout traditur etiam in art. 45. eod.
ibi: Ein Weib mag ohne ihres Mannes willen ihr Gut nicht
vergeben/ &c. Darumb/ das er mit ihr in der Gewehr sitzt / Co-
ler. de Process. part. 2. c. 3. n. 205.

c) *c. Abbate sanè, & ibid. gloss. in verb. tempus, de sent. & re*
judic. in 6. Si modo simpliciter & in genere absq; alicujus cau-
sae specialis mentione actor se dominum petierit declarari,
d. c. Abbate sanè in fin. In tempore enim ipsi succurrit jus Do-
minij, ut rectè illud possit probare, *arg. d. l. in rem actio 23. ff.*
de rei vind. & l. servus furtivus 14. in pr. ff. de condict. furt. Quia jam
à parte actoris fundamentum rei vindicationis deficit: qui
enim dominus amplius non est, quomodo vindicabit? *§. acti-*
onum 1. in f. Inst. de Action. d. l. in rem, in pr. ff. de Rei vind. & l. res
alienas fin. C. eod.

d) Nam si duobus simul res vendita vel donata sit, eum,
cui priori tradita est, in detinendo ejus dominio potio-
rem esse dicit *l. quoties is. C. d. t. l. quoties utriusq; 98. ff. de R. J. Nec*
refert si alteri instrumentum sit traditum, d. l. 15. C. de rei vind.

B

Trac

Q.

Traditionibus enim rerum dominia regulariter transferuntur, *d. l. traditionib. 20. C. de pact.* (paucis casibus exceptis, quibus sufficit instrumenti traditio, ut est *in l. 1. C. de donat. l. quaedam mulier. 22. ff. de Rei vind.*) Idem etiam obtinet si duobus ab uno vel à duobus non dominis res vendita est: is enim cui res tradita est, & qui eam in possessione habet, potior est, & Actione Publiciana uti potest, *l. siue a. 9. §. si duobus 4. junct. l. 1. ff. de Public. in rem.*

Q. e) Præscriptione enim vel usucapione plenum dominium acquiritur; & is qui usucepit seu præscripsit, rei usucaptæ & præscriptæ verus dominus efficitur, *in f. pr. Inst. de Usucap. arg. l. bono publico 1. & l. usucapio 3. ff. de Usucapion. l. acquiruntur 10. §. non solum 2. ff. de acquir. rer. dom. d. l. 20. C. de pact. l. un. C. de usucap. transform. Nov. 119. c. rursus 7. c. inter memoratos 6. 16. q. 3. e. Clerici 11. in f. ead. q. 3.* Sicq; consequenter ad vindicandam rem usucaptam perditam, actionem habet, *l. omnes 4. in f. & l. si quærentionis 8. in pr. C. de præscript. 30. vel 40. l. ult. circa f. C. de edict. d. l. ait Prætor 1. ff. de Publici. in rem act.* Etiam adversus eum, qui ante præscriptionem Dominus rei fuit: Ille enim dum passus est rem præscribi seu usucapi, per id ipsum consensisse videtur in hanc actionem, *l. alienationib. 28. in pr. ff. de verb. sign.*

VIII.

Hiscæ ut Dominis quam Actionem competere diximus, directæ est: cujus ad exemplum utilis *a* vindicatio datur Emphyteutæ *b*, vasallo *c*, superficiatio *d*: ut & Domino contra eos, qui quasi possidere *e* dicuntur.

a) Non respectu utilis domini, quod nullum est, *supra ib. §. lit. b.* sed respectu effectus, quem cum directæ communem habet: cum alioquin, nisi per interpretationem ad exemplum Dominorum hæc actio eis pro jure suo asserendo accommodaretur, experiri non possent; *arg. l. si finita sit 15. §. sed*

sed in vectigali 27. cum §. præc. ff. de damn. infect. l. uxor marito 55.
in f. in verb. in rem utilem, ff. de donat. inter vir. & ux l. qua ratio-
ne 9. §. sed non 2. ff. de acquir. rer. dom. l. si ut proponis 8. C. de rei
vindic.

b) Dicitur ab ἐμψύχου, id est, infero seu planto: O-
lim enim agros desertos & quasi pro derelicto habitos, ob
utilitatem publicam in longum tempus vel in perpetuum
colendos fruendosq; locabant; Huic utilem in rem dari
actionem ad persequendum jus suum in rem emphyteuti-
cum concessum, expressè dicit Paulus in l. agri 1. §. 1. ff. si ager
vect.

c) Seu beneficiario clienti: ductò argumento ab em-
phyteusi ad feudum; quod probabile & frequens est, funda-
tum in similitudine, quam habent ad invicem emphyteuta
& vasallus, Oldendorp. d. class. 3. act. 2. tit. cui & adversus quem.
Everhard. in loc. legalib. loco 30. Textus præterea extat in c. un. §.
rei a. De investit. de re alien. fact. F. 2. t. 8. quò dicitur; Vasal-
lum hanc habere potestatem, ut tanquam Dominus à quolibet possiden-
te rem feudalem quasi vindicare, id est, jus feudi utili vindicatio-
ne petere possit. Adde c. un. de controvers. in t. vasal. & al. F. 2. t. 43.

d) Qui in alieno solo ædificavit, quod quidem à do-
mino conduxit ea lege, ut in eo ædificaret, & sibi habere
ædificium in perpetuum, vel in plures annos sub annuo so-
lario, l. superficiarias fin. ff. de superficieb. l. in speciali 73. §. 1. cum l.
seq. ff. de Rei vind. Cui Prætor in rem actionem pollicetur in d.
l. 73. §. 1. juncta cum l. Prætor 75. ff. eod. Quam non directam
sed utilem esse patet ex l. tutor. 16. §. etiam vectigal 2. ff. de Pi-
gnor. act. l. ait Prætor 1. §. qui superficiem 1. vers. Sed longè. & §. quod
ait Prætor 3. ff. de superfic. l. in provinciali 3. §. Si ego 3. ff. de novi oper.
nunt. quæq; alibi ab Ulpiano eleganter actio vectigalis appella-
tur in l. Si finita sit 15. §. Si de vectigalibus 26. ff. de damn. infect.
junctis §§. 2. & 3. l. cum sponsus 12. ff. de Public. in rem. Et Prætor
dando hanc actionem in d. l. 75. jus strictum vetus ex æquo
& bono supplet, publicæ utilitatis ergò; ne sc. ob defectum
actionis jure suo defraudentur ij, ad quos rerum proprietatis
non pertinet, l. jus a. civile 7. §. jus Prætorium 1. ff. de Just. & Jar.

adeo ut Publiciana quoque ei detur, d. l. 12. §. idem est 3. cum §. preced. ff. de Public. in rem act.

e) In actione enim directa duo copulativè requiruntur; nempe dominium Actoris, & l. in rem 23. in pr. ff. de rei vind. d. l. f. C. eod. & possessio rei, l. un. C. de alien. judic. mut. d. l. actionum 25. ff. de O. & Act. Cum ergo in hoc casu possessio vera & realis deficiat, ficta accommodatur, l. quod si dolo 22. ff. de rei vind. de quibus q. possessoribus vide ib. seq. lit. d. e. f. Porro ei quoque permittitur utiliter vindicare, qui simplici cessione vel aliquo contractu actionem in rem acquisivit, l. certi 9. C. de heredit. vel act. vend. l. si scripti 9. C. de petit. hered. Per legitimam enim cessionem omne jus agendi transfertur in cessionarium; adeo ut cedens ipse pro extraneo habeatur, l. conditor 2. §. cum quis debitori 18. in fin. de hered. vel act. vend. l. si cum emtore 16. in pr. ff. de pact. l. si partem 19. §. 1. in f. ff. quemadmod. servit. amitt. Quod tamen non intelligendum est de cessione simulata, l. presens fin. C. mandati: aut in magistratum facta aut potentior, t. t. C. ne liceat potentior. patr. lit. aut de re litigiosa, lite pendente, l. luig. asa 1. & l. lite pendente. 2. C. de litigios. Per huiusmodi enim fraudes nihil agitur, l. un. in f. C. de alienat. jud. mut. d. l. f. C. mandat. d. l. lite pendente 2. in fin. C. de litigios.

IX.

Et datur Rei vindicatio regulariter adversus eum, qui civiliter & naturaliter a simul possidet, & adversus possidentem naturaliter aut civiliter tantum b; Deinde adversus quasi possidentes c; qualis est is, qui dolo vel lata culpa possidere desit d; ac is, qui se possidere judicialiter confessus est, litiq; se obtulit, quamvis revera non possideat, neq; dolo vel culpa possidere desierit e; si tamen actor igno-

ignoret f: Item adversus hæredes, non quâ heredes sunt, sed quâ rem litigiosam possident g.

a) H. e. qui rem corpore & animo possidet, l. possideri 4. §. 3. in pr. & §. 1. ff. de acquir. poss. junctâ l. un. C. de alien. judic.
b) l. in actione 3. §. fin. ff. ad exhib. l. cujuscunq; 65. §. si fundus i. ff. de usufr. quia tam ille, qui justè, quàm qui injustè possidet, quoad substantiam possessionis, verè possidet, d. l. possideri 3. §. vel etiam 22. ff. de acquir. poss. Ita ut is quoq; conveniri possit, qui nudam & corporalem habet detentionem, ut commodatarius, depositarius, colonus & inquilinus, l. nec in furiosum 2. ff. commodati, Ulpianus in l. officium 9. §. quidam a. ff. de reivind. quem secutus est Constantinus in l. si quis alterius 2. C. ubi in rem act. Angelus Aret. in Inst. ad §. omnium 1. de Action. n. 8. Et rectè: cum enim is, qui suo nomine rem possidet, teneatur hac actione, multò magis, qui alieno nomine, arg. l. non debet 21. ff. de Reg. Jur. modò restituendi habeant facultatem, ut propter quem finem hæc actio instituitur, d. l. officium 9. in f. ff. de rei vind. Hi tamen conventi nominando Dominum liberantur, & à judice impetrare possunt inducias, ut ipsi rei controversiam Domino denunciare possint, quò vel ipse compareat, vel per procuratorem veniat, & actoris intentiones excipiat, d. l. si quis alterius 2. C. ubi in rem act. Emtor verò conventus frustra à vindicationem ad venditorem remittit: cum ipsi venditor evictione teneatur, l. venditor 49. ff. de judic. l. in rem actio 1. C. ubi in rem act. Possessor enim & non possessionis auctor Rei vindicationem suscipere tenetur, propter necessarium requisitum possessionis à parte rei, d. l. 1. & l. non aliàs 24. §. 2. ff. de judic. l. fin. ff. de rei vind. d. l. a 5. ff. de Obl. & act. d. l. un. C. de alien. judic.

c) H. e. qui reverâ quidem non possident, juris tamen interpretatione possidere intelliguntur, l. item veniunt 20. §. præter hæc 6. verâ. uem eos, ff. de hered. petit. arg. pr. Inst. de legit. patron. tut. l. nominis 6. §. 1. ff. de V. S. junctâ l. quid de usufructu fin. ff. si usufr. pet. ut perpetuò sibi constet regula illa; Actionem

in rem dari contra Possessorem, d. l. Actonum 25. ff. de O. & A.

d) Perinde enim est, ac si adhuc possideret, *l. u qui dolo 69. l. qui petitorio 36. §. qui in rem 1. ff. de rei vind. l. quod si dolo 22. ubi dolus pro possessione est, ff. eod. l. qui dolo 131. l. parem 150. ff. de Reg. Jur. c. pro possessore 36. de R. J. in 6. arg. l. mulier 22. §. Sed enim 3. ff. Ad SC. Trebell. Et tenetur huiusmodi possessor, siue lis sit contestata, siue minus, d. l. fin a. 27. §. 3. ff. de rei vind. VVesembec. in Paratit. hic n. 4. Vultej. libr. 2. Jurispr. c. 22. n. 33. Treutler. vol. 1. disp. 15. th. 5. lit. e.*

e) *l. qui se liti 45. ff. de hered. pet. l. si u, qui obtulit 7. l. u qui se obtulit 25. l. fin autem 27. in pr. ff. de Rei vind. l. si de Titio 39. ff. de dol. mal. all. l. fin. ff. si ususfr. pet. Liti verò sese offerre dicuntur ij, qui interrogati, respondent, se possidere, per d. l. fin a. 27. in pr. ff. de rei vind. Tales autem nequaquam merentur excusationem: imputent enim sibi, quod per mendacium, negotium sibi facessant, l. quod edicto r. in pr. ff. de dol. mal. l. quod quis ex culpa 203. ff. de R. J.*

f) Necesse enim est, Actorem nescire mendacium: alioquin scientia noceret ei, *d. l. u qui se obtulit, 25. & l. nam si actor seq. 26. ff. de rei vind. Nam Actor sciens rem à reo offerente non possideri, tum non ab alio sed à semetipso decipitur; & reus ideò absolvitur. d. l. 26.*

g) Hæc enim si ad ipsos non rediit, ita ut possideant, condemnari non possunt, *l. cum a. 52. l. si possessor, 55. ff. d. t. Si tamen lis cum defuncto sit contestata, eodem modo heres, quò defunctus teneretur, si superstes esset, (ut de re per dolum alienata & de fructibus) teneretur, l. si in rem 42. ff. eod. De his autem quæ ante litis contestationem ad defunctum pervenere, in factum actio adversus hæredes competit, quanto nimirum locupletiores ex ea re facti fuerint, *l. quæ religiosis 43. & d. l. cum a. 52. ff. eod.**

X.

Contra sequestrum *&* tamen non datur;
nec cum, qui alterius pecunia suo nomine
rem

rem aliquam emit, quoad re illam emtam b;
nec contra bonæ fidei possessorem c, qui sine
dolo & culpa possessione cecidit, aut cui res
fortuito casu interiit, nisi mora ipsius inter-
cesserit d.

a) Nam ille nomine omnium, quorum interest, possidet
vel derinet rem litigiosam, & antè restituere nequit, donec
cognoscatur, quæ pars obtineat de proprietate triumphum,
cui postmodum resignetur, c. ad. hoc unxis i. v. prelibatam quoq;
de sequestrat. poss. & fruct. arg. l. si à bonæ 21. & l. sin a. 27. §. possi-
dere i. ff. de rei vind.

b) V. g. Sempronius ap. Mævium ducentos deposuit
aureos: ex his Mævius suo nomine prædium quoddam emit,
& traditum accepit. Sed Mævius prædium emtum non vult
Sempronio restituere: quæritur, num Sempronius Mævium
de prædio emto ex sua pecunia vindicatione convenire pos-
sit? Quod negatur, l. si ex ea pecunia 6. C. eod. l. ex pecunia dotali
12. C. de jure dot. l. ad probationem 21. vers. nam res vindicantem. C.
de probation. l. si pecunia 1. l. qui aliena 8. C. si quis alteri vel sibi.
Quia Dominus prædium voluit transferre non in Sempro-
nium, sed Mævium: nihil autem tam naturali æquitati con-
sentaneum est, quàm Domini voluntatem, quâ vult rem su-
am in alterum transferre, ratam haberi, l. qua ratione 9. §. hæ
quoq; res, ff. de acquir. rer. dom. Deinde, ut res accipientis fiat,
necesse est, ut ipse consentiat: quemadmodum enim domi-
nium ab invito non recedit, l. si procurator 35. ff. de acquir. rer.
dom. l. si id 7. in f. ff. de rescind. vend. Sic nec invito acquiritur,
l. invito 69. ff. de R. J. Præterea prædium Mævio, non Sem-
pronio traditum est: traditione autem non venditione do-
minium transfertur, l. traditionib. 20. C. de pact. Obbrecht ad l. si
ex ea 6. C. de Rei vind. Tandem emtor Domino pecuniæ perso-
nali actione tenetur, & in nostro casu Sempronius Mævium
convenire potest actione depositi, t. t. depositi: vel in aliis ca-
sibus, mandati, t. t. mandati; vel dotis, d. l. ex pecunia 12. C. de
jure

Q.
Siquis str.

Q.

Jure dot. Sed hic speciali favore miles excipitur, ut cui utilis in rem actio contra emptorem hujusmodi datur, l. si ut proponis 8. C. de rei vind.

c) Malæ enim fidei possessor amissæ rei æstimationem præstare omninò cogitur, l. tigni 7. S. si quis cum judicis. ff. ad exhibend. l. si vi me dejeceris 15. ff. de vi & vi armat. arg. l. illud quoque 40. in pr. ff. de hered. petit.

d) l. si plures 14. S. sive autem 1. ff. depositi, l. de eo 12. S. si post judicium 4. ff. Ad exhibend. l. quod te mihi 5. ff. de rebus credit. si cert. l. Julianus 17. S. 1. l. si hominem 79. ff. de rei vind. Non tamen si res petita naturaliter periit, et si mora intercessit, possessor pretium præstare tenetur, l. utiq; 16. in pr. ff. eod. l. illud quoque 40. in pr. ff. de pet. hered. Talia enim damna cuius patri-familiæ etiam diligentissimo contingere possunt, l. verum vel 11. S. si locupletis 5. ff. de minorib. nisi actor rem fuisset distracturus, si accepisset, d. l. & l. item si 15. S. si servus 3. ff. de rei vind.

XI.

Materia ex
Qua.

Competit Rei vindicatio de omni re corporali a, siue ea mobilis sit, siue immobilis, animata siue inanimata b: non modò de singula c, sed & ea, quæ universitatis d est. Nec refert si res præscripta seu usucapta e sit.

a) Requiritur in hac actione, ut res vindicanda sit corporalis, d. l. post actionibus 1. S. quæ specialis 1, l. in rem actio 23. S. 5. vers. ut in his corporibus, ff. d. 1. S. omnium 1. in verbo corporalem, Inst. de Action. Inf. lit. d.

b) d. l. 1. S. 1. ff. de rei vind. VVesenb. in par. ibid. n. 5. Treutl. loc. cit. th. 8.

c) d. l. 1. in pr. S. 3. Appellatio enim rei hic specialis est, teste Paulo in l. si in rem 9. in pr. ff. eod.

d) Non juris: Juris enim universitas propriè vindicari nequit; quia est jus & ita res incorporalis, quæ propriè neq; teneri neq; possideri potest, l. sequitur 4. S. si viam 27. ff. de Usucap. d. l. possideri 3. in pr. ff. de acquir. possess. l. si ades 32. in f. ff. de ser-

servitut. urb. l. servus 43 §. 1. ff. de acquir. rer. dom. ideoq; neq; vindicari: in hanc enim actionem non veniunt, nisi res corporaliter possessæ, *d. l. un. C. de alienat. judic. mat.* Prætereà res incorporales sub sensu non cadunt; si tamen originem hujus actionis perpendimus, olim necessariò requirebatur exhiberi in iudicio, ac quasi manu teneri, atq; asseri id, quod vindicaretur, *t. t. ff. ad exhibend. Gellius d. lib. 20. c. 9. Sed rerum: ut Grex, d. l. 1. §. fin. & l. 2. seqq. d. l. in rem. 23. §. item quæcunq; . vers. at in his corporibus ff. de rei vind. §. si grex 18. Inst. de Legat. licet enim in multitudine consistat, & plura capita comprehendat; tamen ea uni nomini sunt subjecta, unumq; corpus constituunt, non aliter ac ædes unum corpus sunt ex cohærentibus lapidibus, *d. §. si grex 18. in f. Inst. de legat. l. rerum mixtura 30. in fin. pr. ff. de Usucap.* Hinc sufficit gregem ipsum, quamvis non singula capita, actoris esse, h. e. quamvis aliena capita ei immixta sint; grex enim non singula capita, vindicabitur, *d. l. 1. §. 3. in f. & d. l. 23. §. 5. ff. de rei vind.* Nam si quæ aliena capita immixta sint, non continuò totus grex alienus vel communis redditur, *§. quod si frumentum 29. vers. sed nec magis, Inst. de Rer. divis.* Sed hoc obtinet, si major pars capitum in grege nostra sit: Nam si grex ex centum constet capitibus, & ex illis quinquaginta Titij essent, reliqua mea, neuter nec totam gregem, nec dimidiam ejus partem, sed singula capita vindicabit, *l. sed si par. 2. ff. de rei vind.* Totum gregem prætereà nostrum dicimus, etiam in quo de perditis capitibus alia sunt substituta: imò idem grex rectè dicitur, in quo per partes multis substitutis priora omnia perierunt, *l. Marcellus 3. in pr. ff. eod. l. proponebat 76. ff. de judic.* Eadem ratio est armenti & equitij, & cæterorum quæ gregatim habentur, *d. l. 1. §. fin. ff. de rei vind.**

c) de quo vide th. 7. lit. e.

XII.

Non autem datur de rebus commercio nostro exemptis a; non de tigno alienis ædibus juncto b; non de peculio c; nec agro militibus assignato d.

C

a) Ur

a) Ut sunt i. loca sacra & religiosa, quæ hac actione peti non possunt, d. l. 23. §. loca sacra 1 ff. d. i. ut & ea, quæ religiosis adhærent, ut ligna & lapides, quæ ne exempta quidem vindicari possunt, l. que religiosis 43 ff. eod. Hæc enim cum juris sint divini, in bonis nostris esse non possunt, l. summa rerum 1. in pr. l. in tantum 6. §. sacra res 2. ff. de Rer. divis. §. nullius 7. §. sancte 10. Inst. eod. juncta l. quod nullius 182. ff. de R. 7. Excepto tamen Administratore Ecclesiæ vel Reip. ut à quo res hujusmodi eo nomine vindicari possunt, per l. sancimus 21. in pr. & §. 1. C. de S. S. Eccles. 2. Liberae personæ, quæ simpliciter in hanc actionem non veniunt: ut liberi nostri, d. l. 1. §. 2. ff. de rei vind. Quamvis enim illi in potestate nostra sint, t. Inst. de Patr. pot. l. nam civium 4. ff. de his, qui sui vel alien. tamen quia in libertate nati sunt, in nullius bonis, nulliusq; dominio esse possunt, sed omni patrimonio nostro sunt exempti, l. inter 83. §. sacram. 5. ff. de Verb. Oblig. l. obligationis 1. §. si id quod 9. ff. de Obl. & Act. §. sed aliquando 1. Inst. de usucap. §. idem juris 2. Inst. de inutil. stipul. At quia sæpe expedit ad jus & potestatem nostram liberos revocare: ad eos persequendos actiones constitutæ sunt quatuor: Petuntur enim aut Prajudicis; aut interdictis; aut cognitione Prætoris; aut etiam rei vindicatione adjuncta causa ex Jure Quiritium, d. l. 1. §. 2. vers. nisi forte ff. de rei vind. §. præjudiciales 13. Inst. de Action. l. 1. in pr. & t. 1. ff. de liber. exhib. Quia hoc modo indicamus liberos nostros à nobis peti ac vindicari, non ex jure domini, sed ratione patriæ potestatis Jure Romano seu Civili informatæ, quæ utiq; tanquæ causa in vindicatione liberorum adijcienda est, §. jus a. 2. Inst. de patr. pot. juncta d. l. 1. §. 2. ff. de rei vind. Adijcere autem causam nihil aliud est, quàm obiter causam seu jus, quod nobis in liberas personas competit, exponere inter petendum, Oldend. d. clas. 3. art. 2. par. 4. vers. Adjicere. Sic civitas incolam vindicare potest, jure statuario, l. de jure 37. in pr. ff. Ad municip. Sic adjuncto jure Constitutionis Imperatoris, Dominus fundi colonum & vasallum, maritus uxorem petit, per l. omnes omnino 6. l. si coloni 14. Cod. de agricol. & censit. Nov. 17. cap. 14.

b) d. l. in rem actio 23. §. tignum 6. ff. de rei vind. l. gemma 6. ff. ad

fas incolam,
 civi fructu coloni
 in vasallum, marit
 uxorem petere
 possunt



ff. ad exhibend. §. cum in suo 30. Inst. de Rer. divis. Lex enim 12. Tabb. tignum huiusmodi vindicari non permittebat, sed actionem de tigno juncto in duplum dabat, d. l. & l. Lex 12. Tabb. 1. in pr. ff. de tign. junct. ne sc. sublati aut destructis ædificiis publicis deformaretur aspectus, d. l. 1. in pr. ff. eod. d. §. 30. in f. Inst. de rer. div. l. Prætor ait 2. §. si quis nomine 17. & l. sicut is fin. ff. ne quid in loc. publ. l. negociandi 2. C. de ædific. priv. t. l. prætor ait 20. §. hoc interdict. 19. ff. de novi oper. nunt. Cui addi potest & alia ratio civilis: quia sc. singulæ res, ex quibus ædes constant, per se neq; possidentur, neq; censentur, l. cum qui ades 23. in pr. & d. l. rerum mixtura 30. in pr. vers. alterum, ff. de Usucap. l. qui universas 30. in pr. ff. de acquir. possess. Eadem ferè ratio est in aliis, quæ ut accessoria alienis rebus junguntur: Sic tui Scyphi ansam meo scypho junctam, & brachium tuæ statuæ, meæ junctum, quamdiu coherent vindicare non poteris, d. l. 23. §. si quis rei 2. & §. 5. ff. de rei vind. Res n. per prævalentiam seu corpus, id quod ei additur, accessionis vice ad se trahit, & ejus efficit, cujus totum est, d. l. 23. §. in omnibus 4. ff. d. t. l. sed si meis 26. §. Proculus 1. ff. de acquir. rer. dom. l. tigni 7. §. item 2. ff. Ad exhibend. l. si statuam 14. ff. de auro & argen. leg. Sed hic distinguendum est; aut res tua meæ juncta separari potest: & tunc habes actionem ad exhibendum, ut re tua à mea separata, eam vindicare possis, d. l. 23. §. 5. vers. sed ad exhibendum, & vers. non item in ea, ff. de rei vind. Aut non potest separari; & tunc nec exhiberi nec vindicari potest, d. l. 23. §. 5. vers. scilicet excepto eo, & vers. quia ferruminatio, ff. eod.

c) Non enim ut gregis, ita & peculii vindicatio recepta est; sed singulæ res peculii peti debent, l. vindicatio 56. ff. eod. quia ad nullum corporum genus refertur, per d. l. 30. ff. de Usucapion. Unde opus fuit singulari actione de peculio, t. t. ff. de pecul.

d) l. item si 15. §. item si fortè 2. ff. de rei vind. Hostium enim agri partim vendebantur, partim assignabantur militibus, l. n. ff. de eviction. quia ergo ager jam publicus factus est per illam assignationem, prior Dominus eam vindicare non potest, d. l. 15. §. 2. ff. de rei vind.

C 2

Actor

3. *Formalis.*

Actor necesse habet, ut in libello Rei vindicationis 1. rem suam esse intendat; quod fit per rei designationem *a*; & tùm possessionis *b*, tùm Dominij *c* assertionem & probationem; 2. eam sibi à possessore restitui petat *d*.

a) Nam res vindicanda diligenter & speciali clausula designari debet, ne fortè si plures sint, ad quas verisimiliter referri possint verba actoris, ulla incidat dubitatio, *l. si in rem. 6. ff. eod.* Ut qui rem immobilem petit, nomen ejus & locum designare debet, *d. l. si in rem. 6. in f.* Qui servum vindicat, nomen quoq; ejus dicere debet, *d. l. 6. vers. quamvis.* Quòd si vero plures sint, eodem nomine appellati, ætas quoq; addenda est, *d. l. 6. v. quamvis, in verbis; & utrum puer vel Adolesceus sit.* Nomen vero rei vel servi si actor ignoret, demonstratione uti potest; veluti; domum quæ Divo Paulino contigua & in aditu Vici N. posita est meam; seu servum, qui ex illa natus est meum esse ajo, *d. l. 6. circa fin. ff. eod. & l. certum est 6. ff. de rebus cred. Vestimentis color adijci debet, d. l. 6. vers. sed & si vestimenta, ff. de rei vind.* Si tamen de colore actori non constat, necessitas ejus denotandi ipsi remittitur, *l. in actione 19. §. de veste 4. ff. de furt.* Sic & hodiè animantibus brutis colorem addere solent, *arg. d. vers. sed & si vestimenta.* Massæ infectæ vindicandæ, quæ pondere constat, materia & pondus exprimat, *d. l. in actione 19 §. quod si quis 3. ff. de furt. l. depositum 1. §. si quis argentum 40. ff. depositi, d. l. si in rem. 6. in pr. ff. de rei vind.* Factæ vero & signatæ, E. g. pecuniæ numeratæ, & species & numerus designari debet, *d. l. si in actione 19 §. signati 3. arg. l. si quis uxori 52. §. 25. ff. de furt. d. l. 6. in pr. ff. de rei vind.* Discum, pateram, lancem, & id genus alia vindicaturus speciem & materiam, interdum & pondus exprimere debet, non etiam an cælata, an pura, quadrata an rotunda sint? *d. l. depositum 1. §. 40. ff. depositi. d. l. 6. vers. quamvis, ff. de rei vind.* Utriq; ergò opus est, ut res necessariis suis circumstan-

tibus

tiis describatur: quia sine his reus deliberare non potest, cederene an defendere velit; nec sententia rectè dici, multominus executio rectè fieri potest; quarum utraq; certa esse debet, d. l. si in rem. 6. ff. eod. juncta l. qua quisq; 1. in pr. ff. de edend. & §. curare 32. Inst. de Act.

b) Non enim sufficit rem certis circumstantiis designasse; sed præterea opus habet actor hæc duo significare & probare copulativè: nempe, *Se esse dominum, & Reum Possessorem*. Probatur autem possessio multis modis: 1. Si reus insistit in ipsa re, l. possessio 1. in pr. l. possideri 3. in pr. ff. de acquir. poss. 2. Si fructus illius rei colligit, l. Titia 48. in verbis: *reditus exigit*. ff. de solution. 3. Si ei respondetur de pensionibus, Dd. in l. qui universas 30. §. quod per colonum 5. ff. de acquir. poss. 4. Si fundum colitur, Gloss. in l. si quis super 3. in verb. *finiatur*. C. fin. regund. 5. Deniq; per instrumenta locationum, Schneid. ad §. omnium 1. Inst. de action. n. 96.

c) Dominium insuper in directa, seu usumfructum in utili rei vindicatione actorem asserere & probare oportet: Non enim nisi intentioni suæ actor satisfecerit, res petita restituetur, l. à possidentib. 21. l. res alienas ult. C. de rei vind. l. qui accusare 4. C. de edendo. Illud autem allegatur vel in *Genere*, ut si actor omne jus suum in iudicium deducit, nulla mentione facta specialis causæ dominij, c. abbatè sanè 3. circa fin. de re judic. in 6. l. & an eadem 14. §. actiones 2. & l. si mater 11. §. itaq; 5. ff. de Except. rei jud. Vel in *Specie*, ut si titulus dominij, seu juris, quod in re habet, qui causa dominij proxima & propria est, exprimitur. Hic nota satis esse in libello Dominium rei seu jus suum, tanquam causam petitionis propinquam, d. l. 23. ff. de rei vind. asserere & significare: nec opus est titulum Dominij, ut causam petendi remotam. §. singulorum 11. Inst. de Rer. div. in libello exprimere; cum hoc ad probationem spectet, d. l. officium 9. C. de rei vind. Gail lib. 1. obs. 61. n. 567. Et circa hanc probationem distingue: *Aut res, quæ vindicantur, sunt tales, de quarum qualitate constat, quod ante occupationem actoris fuerint in bonis nullius, ut sunt feræ bestia, lapilli in litore maris inventi, insula in mari nata, &c. de quibus §. feræ igitur 12. Inst. de rer.*

divis. l. quod enim 3. ff. de acquir. rer. dom. §. item lapilli 18. Inst. de rer. divis. l. item lapilli 3. ff. eod. §. insula 22. Inst. eod. l. adeo quidem 7. §. insula 3. l. si epistolam 65. §. 2. & 3. ff. de acquir. rer. dom. Quarum rerum dominium facillimè probatur per titulum occupationis seu apprehensionis, juxta regulam: Quod nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, *d. l. quod enim 3. in pr. ff. de acquir. rer. dom. d. §. fera igitur 12. Inst. de rer. divis.* Aut sunt tales, ex quarum qualitate non constat, quòd antea nullius in bonis fuerint, sed certum est eas in patrimonio alicujus fuisse; quales sunt fundi, animalia mansueta, & omnes res operà hominum confectæ, de quibus *§. cum ex aliena 25. cum seqq. Inst. de Rer. div. & d. l. 7. §. cum quis 7. ff. de acquir. rer. dom.* Et hic refert si ostendi potest ejusmodi res aliquandiu in nullius bonis fuisse; quod contingit tribus modis: 1. Si prior possessor illas res habuerit pro derelicto, *t. t. ff. pro derelict.* & tunc actor jus suum probare potest per solam apprehensionem seu occupationem, *l. si res 1. ff. d. t.* 2. Si res erat tributoria & vacavit biennio, præsumitur quoq; pro derelicto habita, probaturq; usufructus per apprehensionem & possessionem biennalem, *l. qui agros 8. C. de omni. agr. desert.* 3. Si officio Judicis proclamatum vel publicum edictum affixum sit, ut is, qui illam vel illam rem suam esse affirmet, compareret intra certum terminum; & nemo comparuerit, tunc primus occupans rei tanquam pro derelicto habitæ, jus suum per apprehensionem probare potest, *arg. l. locor. 11. C. de omni agro des. & l. si eo tempore 6. ff. de distract. pig. Jason in §. omnium 1. Inst. de Action. n. 72.* Si verò ostendi non potest res vindicandas aliquandiu in bonis nullius fuisse, tunc quoque distingue: Aut allegamus jus usufructus; & tunc ad probationem sufficit rem immobilem decem annis inter præsentem & 20. inter absentes Actorem cum titulo & bona fide possedisse, *Gloss. in l. traditionib. 20. in verb. & usucapionib. C. de pact. & pr. circa f. Inst. de Usucap.* Aut dominium: Et subdistingue: Aut loquimur de rebus mobilibus; & probatur dominium per continuam triennij cum titulo & bona fide possessionem, *d. pr.* Aut loquimur simpliciter & indistinctè de quibuscunq; rebus; & probatur dominium 1. Per præscriptionem longissimi tem-

temporis, *suprà* th. 7. lit. E. 2. Per allegationem alicujus tituli ex
 modis, quibus dominia rerum acquiruntur, *tàm de jureg.* qui
 recensentur in *tit. ff. de acquir. rer. dom. & Inst. de Rer. div. quàm ju-
 re civili*, quos ordine enumerat *Glossa in l. 1. in pr. in verb. civitatis
 nostra ff. de acquir. rer. dom.* 3. Per instrumentum Emtionis, *l. pro-
 prietatis 4. C. de probation. l. indicia 19. C. h. t.* In hisce tamen duo-
 bus probationis generibus tria requiruntur copulativè, 1. ipse
 titulus, ut emtio, *l. cum res 12. C. de probat. 2. traditio, d. l. 12. & d. l.
 traditionibus 20. C. de pact.* 3. Quòd tradens fuerit Dominus:
 non enim sufficit titulum allegasse & traditionem factam
 esse, nisi simul probetur tradentem fuisse dominum: cum ne-
 mo plus juris in alterum conferre possit, quàm ipse habet, *l.
 nemo plus 54 ff. de R. J. c. nemo potest 79. de Reg. Jur. in 6. Kling. in Inst.
 ad tit. de Action. sub Inscript. de rei vindicatione, n. 4.* Et si quæ alia
 in contractibus necessaria sunt requisita, ea quoq; addenda
 sunt; ut in Emtione necesse est probare pretium fuisse solu-
 tum, *d. l. 12. C. de probat.* 4. Probatur dominium per indicia,
d. l. indicia 19. C. hic: quæ qualia esse debeant, declarare *Baldum
 & Dd. ibid. dicit Schneidevv. loc. all. n. 73.*

d) Cùm enim libellus in qualibet Actione ad similitu-
 dinem Argumenti apud Logicos ex tribus constare debet;
 nempe 1. *ex narratione facti*, quæ habetur pro Majore; 2. *ex me-
 dio concludendi*, quæ habetur pro Minore; & 3. *ex conclusione*, *Ja-
 son loc. alleg. n. 115.* Actor re designata & narratione facta,
 quòd reus possideat, dominioq; ceu medio concludendi ad-
 ducto, necesse habet in conclusione libelli petere, se declara-
 ri dominum rei, & reum condemnari compelliq; ad rem pe-
 titam cum omni causa restituendâ, *d. l. qui restituere. 68. ff. de rei
 vind. Infrà* th. seq. lit. b. Quia iudex non nisi rogatus suum inter-
 ponit officium, *l. dies cautioni 4. §. hoc autem 8. ff. de damn. infect.*
 Excipiuntur tamen quidam casus, in quibus conclusio omitti
 potest; quos videre licet apud *Schneidevv. in Inst. ad §. omnium 1.
 tit. de action. n. 119.* Hic quoq; potest postulari cautio de re con-
 troversa conservanda: quam si possessor præstare tergiver-
 setur, in Actorem transfertur possessio, *l. un. Cod. uti possidet.
 Wesenb. in Par. hic n. 6.*

Libellus huius actio

Cautio postulari

Actio

XIV.

4. *Causa finalis, cui conjunctus IV. Effectus.*

Actione sic instituta, dominioq; & possessione probatis, res restitui *a* à possessore debet cum omni causa *b*; accessionibus *c* nempe & lucris *d* ratione rei petita obvenientibus; item partu *e* ac fructibus *f*.

a) Nisi possessor objecerit aliquam exceptionem, *l. officium 9. ff. de rei vind. de quo infra th. ult.*

b) *l. Julianus 17. §. 1. l. prætereà 20. l. qui restituere 68. ff. eod.* Rem autem cum omni causa restituere nihil aliud est, quàm restituere id actori, quod habiturus foret, si res ipsi litis contestata tempore restituta fuisset, *d. l. 20. l. cum fundus 31. in pr. ff. de reb. credit. l. vulgò 2. ff. de usur.*

c) Ut si ususfructus alienus inter moras litis ad rei petita proprietatem reversus est, *l. fructus 33. ff. de rei vind.* Item si per alluvionem pars fundi vicino agro adjuncta est, vel insula in flumine nata, *l. idem est, 34. ff. eod. l. adeò 7. §. insula 3. ff. de acquir. rer. dom.*

d) Ratio est. quia si ab initio res actori restituta fuisset, hæc ipse consecutus esset. Huc pertinere videntur hereditates atq; legata, quæ per vindicatum servum possessori evenerunt, *d. l. prætereà 20. ff. de rei vind.* Servus enim alienus ex duabus tantummodò causis bonæ fidei possessori acquirit, nempe ex sua opera, & ex re possessoris: quod vero extra has duas causas acquirit, id ad dominum pertinet, *l. etiam 1. in pr. C. eod. l. acquiruntur 10. §. 3. & 4. ff. de acquir. rer. dom.* Item actiones ratione rei petita à possessore acquisita, & fructus ab alio possessore percepti, *l. Julianus 17. §. 1. vers. usq; adeò ff. de rei vind. Pretium & honorarium, l. item si 15. §. 1. & 2. ff. eod.*

e) Partus tam servorum quàm brutorum hic veniunt, *l. item quæ 6. ff. de acquir. rer. dom. d. l. Julianus 17. §. 1. d. l. 20. vers. itaq; ff. de rei vind. partum 7. C. eod. l. equis 39 ff. de usur. §. servia. 4. Inst. de Jure person. quia ventrem, ejusq; dominum sequuntur, l. lex natura 24. ff. de statu hom. l. idem Pomponius 5. §. idem scribit 2. ff. de rei vind. d. l. partum 7. C. eod.*

f) Quia

f) Quia cuius res est, ad illum meritò & fructus perti-
nent, d. l. prater à 20. d. l. 33. l. fructus 44. ff. eod. Hic notandum an-
cillæ partem in fructu non esse computandum, ut expressè
dicitur in §. in pecudum 28. §. partus 1. ff. de usur. l. vetus 68. in pr. ff.
de usufr. l. ancillarum 27. in pr. ff. de hered. pet. l. mulier 22. §. 3. ff. ad SC.
Trebell. Absurdum enim videtur hominem in fructu esse; cum
omnes fructus rerum natura hominis gratiâ comparaverit,
d. l. 28. §. 1. ff. de usur.

XV.

Circa fructus restituendos distinguimus:
aut possessor fuit malæ fidei, & regulariter om-
nes a fructus, nulla distinctione adhibita b
restituere, imò & eos, quos percipere potuit
præstare c tenetur; Aut fuit bonæ fidei; & ite-
rum distingue: aut quærimus de fructibus
ante litem contestatam ex re petita profectis;
& ex eis non nisi extantes d restituit, perce-
ptos verò & consumptos tam naturales e,
quàm industriales suos facit; nisi inde factus
sit locupletior f; aut post litem contestatam;
& omnes omninò restituit. g.

a) Et naturales & industriales, consumptos & extantes,
l. certum 22. C. de Rei vindic. §. si quis à non domino 36. vers. ei verò.
Inst. de rer. divis. Dicuntur vero fructus naturales, qui vi & be-
neficiò naturæ principaliter, non diligentia & operâ homi-
nis proveniunt: ut arbores, poma, lac, agni, vituli &c. Indu-
striales, qui hominis operâ & diligentia, factove, sive culturâ
& cura proveniunt; ut uvæ, grana, l. fructus 45. ff. de Usuris, l. bonæ
fidei 48. in pr. ff. de acquir. rer. dom. Cum igitur malæ fidei posses-
sor nullos fructus suos faciat, per l. etiam 1. §. mancipium 1. C. de
rei vind. omnes restituere tenetur, etiam eos quos ante litem
contestatam percepit, l. SCtum 1. §. usur. 1. circa f. C. de petit. hered.

D

cum

Q.

Q.

cum nemo nisi bonæ fidei possessor, fructus ex aliena re suos
faciat, l. sed & loci 4. §. post litem 2. ff. fin. regund. d. l. 48. in pr. ff. de
acquir. rer. dom. l. qui scit 25. §. in alieno 1. ff. de usur. Infrà lit. e. Pro-
pter fructus quoq; quos dolò malo desit possidere, hac acti-
one conveniri potest, per d. l. parem 150. ff. de R. 7. Si tamen ex
necessitate fructus distraxit, ne sortè perirent propter acci-
dens quoddam superveniens rei vindicatione de iis non cõ-
venitur: quia illos neq; possidet, neq; dolò fecit, quò minus
possideret, d. l. qui petitoris 36. in pr. ff. de rei vind. Sed tamen con-
dici possunt, l. mala 3. C. de conditi. ex leg. d. l. sed & loci 4. §. 2. ff. fin.
regund. l. adversus 4. in f. C. de crim. expil. hered. Nā dolò malo fru-
ctus contrectando & alienando, eorum quodammodò fur-
tum fecit, ut rectè conditione furtiva petantur, l. si quis 4. §. res
pignori 1. ff. si cert. pet. §. furtiva 2. vers. nam qui sciens, Inst. de Usucap.

Q.

b) An locupletior fuerit factus, annon fuerit, l. fruct. 33. l.
si navis 62. ff. de rei vind. l. sed & si lege 25. §. quod a. 16. l. illud quoq; 40.
§. prado 1. ff. de hered. pet. an titulum habeat, nec ne? Simpliciter
enim hoc est expressum de malæ fidei possessore, d. l. & §. et si
in rem 2. vers. et si hereditas, Inst. de offic. jud. præsertim cum idem de
eo decisum est, qui habetur pro malæ fidei possessore post li-
tem contestatam, quem tamen titulum habuisse necesse est,
d. l. SCtum 1. §. 1. C. de petit. hered. l. litigator 2. C. de fructib. & lit. exp.

Q.

c) d. §. et si in rem. 2. vers. et si hereditas, Inst. de offic. Jud. l. domum
5. C. de rei vind. d. l. si navis 62. §. general. 1. ff. eod. d. l. litig. 2. C. de fru-
ctib. & lit. exp. d. l. SCtum 1. in f. C. de petit. hered. l. quod in libellum 1.
in f. C. de fide & jure hasta fisco. ita ut æstimatio horum fructuum
præstandorum sit penes petitorum, l. cum servus 39. §. fructus a. 1.
ff. de legatis 1. l. si de possessione 11. C. unde vi, c. gravis 11. de restit. spoliata

Q.

d) d. l. certum 22. C. de rei vind.

Q.

e) Bonæ fidei enim possessor in percipiendis fructibus,
idem juris habet, quod Dominis prædiorum tributum est, l.
qui scit 25. §. in alien. 1. vers. porro, ff. de usur. Hi a. tam naturales,
quàm industriales suos faciunt. Et bona fide possidere & Do-
minum esse, similitudinem inter se habent, l. bona fides 136. ff. de
R. 7. & l. bona fidei 48. in pr. ff. de acquir. rer. dom. ubi etiam dicitur;
bonæ fidei emtorem non tantum eos fructus, qui diligentia
& operâ ejus pervenerunt, suos facere, sed omnes. Hinc oli-
væ,

væ,

væ, uvæ lectæ & fœtus pecudum, item lac, pili & lana plene
jure bonæ fidei possessoris sunt, l. si ejus fundi 78 ff. de rei vind. l. in
pecudum 28. in pr. ff. de usur. d. l. bonæ fidei 48. §. & orium f. ff. de ac-
quir. rer. dom. l. sequitur 4. §. lana 19. ff. de usucap.

f) Arg. l. item si verberatum 15. §. 1. ff. de rei vind. ubi dicitur: Si
possessor fructus perceptos distraxit, ne corrumpantur, pretium præsti-
turum. Ratio est: quia non absumtum videtur, quod in corpus
patrimonii nostri versum est, l. idem servandum 72. ff. de Legat. 2.
l. procurat. 5. §. non a. ii. ff. de tribut. act. l. quantum a. 20. ff. Quod in eius
caus. Deinde in peritione hereditatis bonæ fidei possessor ex
fructibus consumptis locupletior factus, eorum causâ conve-
niri potest, d. l. 1. §. 1. C. de pet. hered. d. l. item venit 20. §. præter hæc
6. vers. item ees: d. l. sed & si lege 25. §. consul. ii. ff. eod. quidni quoq; in
rei vindicatione? per d. l. si autem, 27. §. sed & is 3. ff. de rei vindic.
Adde l. idem est 3. ff. de condict. indeb. & d. §. et si in rem actum 2. vers.
et si hereditas, Inst. de Offic. Judic.

¶) Tunc percipiendos, quam perceptos, etiam consumptos,
d. §. 2 in fin. de Off. Jud. d. l. sed & loci 4. §. post litem 2. ff. in reg. l. fisci
38. in pr. ff. de jure fisci. Quia bonæ fidei possessor incipit esse ma-
læ fidei per litē contestatā, l. nemo 10 C. de acquir. poss. imò post
controversiam motā, d. l. sed & si lege 25. §. si ante litem 7. ff. de her.
pet. d. l. fisci. 38. ff. de jure fisci: Et qui precario moram fecit, omnem
causam debet restituere, l. quo fructum est 8. §. & general. 6. ff. de prec.
Hic quaestio occurrit non vulgaris; utrum semel instituta ac-
tione peremptā, & post revocatā & evictā, fructus Actori de-
beantur ex die litis cōtestatæ in priori judicio, cujus instantia
est perempta; an v. ex die litis revocatæ? Nos posterius negamus
statuentes possessorem teneri fructus restituere, à die primæ
litis contestatæ. Rationē adducimus hanc: Quia possessor te-
netur ex eo tempore fructus restituere, quò est in mala fide,
d. l. 48 §. in contrar. 1. ff. de acquir. rer. dom. & d. l. cert. 22. C. de rei vind.
Sed per litis contestationē in prima instantia factā, possessor
in mala fide cōstituitur per l. cum post moram 1. in fin. C. de præse.
longi temp. Et cum statim cōtroversia mota mala fides induca-
tur multo magis litis contestatione, d. l. 25. §. 7 ff. de her. pet. d. l. 38.
ff. de jure fisci. Quòd si possessor initio sit bonæ fidei, postea v.
malæ fidei fieri incipiat, tunc dicendū esse putamus, possessore
ejus tēporis fructus suos facere, quò est in bona fide, nequaquam
verò, quò est in mala. l. qui bona fide 23. §. tandiu 1. Paulus in d. l. 48.
§. in contrar. 1. ff. de acquir. rer. dom.

XVI.

Fructus verò, & præsertim industriales, cum curâ hominum & impensis contingant, semper intelligendi sunt deductis impensis a; circa quas deducendas nota, eas triplices esse; *necessarias, utiles & voluptuarias* b; *illas* c *omnis, istas* d *bonæ fidei possessor, has* e *neuter* deducit.

a) *l. fructus 7. ff. solut. matrim. l. ait Prator 10. §. & fructus 20. ff. Quæ in fraudem credit.*

b) *l. impensa 79. ff. de V. S. Necessariis impensis res non fit deterior: utilibus fit melior: voluptuariis speciosior, d. l. 79. cum ibi notatis.*

Q. c) Impensas enim fructuum quarendorum, colligendorum, conservandorumq; omnis, etiam malæ fidei possessor deducet, *l. si à domino 36. §. fin. ff. de hered. petit. l. fundus 51. in pr. ff. famil. ercisc. d. l. fructus 7. §. ult. ff. solut. matrim.* Etiam in cæteris necessariis deductionem locum habere, & eam malæ fidei quoq; possessori tribui, patet ex *l. planè 38. ff. de heredit. petit. l. domum 5. C. de rei vind.* Hic non refert, sibi ipse possessor per se sive per alium sumtus fecerit: *l. si quis sciens 11. C. eod. d. l. fructus 7. §. ult. ff. solut. matrim.* nec distinguitur, utrum fructus à solo separati sint, nec ne? *arg. l. si & me 32 in f. ff. de rebus credit. & l. nam hoc naturâ 14. ff. de condict. indeb. d. l. 38. vers. non enim, ff. de petit. hered.* Si tamen res adhuc extet: Si non extat, distingue: *aut dolo & culpa possessoris perit, quò casu, quia possessor rei perditæ pretium præstat, æquum est, ut sumtus quoq; deducat, arg. l. quia 39. ff. de usufr. d. l. planè 38. ff. de heredit. petit.* *Aut sine dolo & culpa possessoris, quo casu eos deducere non licet, d. l. 38.* In heredis tamen petitione bonæ fidei possessor, etiamsi res perierit, impensas deducere potest, *d. l. planè 38. circa fin. ff. d. l.*

d) Nisi Dominus ita fit pauper, ut propter utiles impensas cogatur rem petitam vendere, *l. in fundo 38. vers. finge & domo.*

dominum ff. de rei vindicat. aut paratus sit, ut possessor utilem impensam quam fecit, tollat: his enim casibus deductio impensarum nulla possessori relinquatur, l. sin autem 27. §. ult. vers. nisi tamen, ff. eod. Adversus huiusmodi tamen petitores (qui videlicet vel pauperes existunt, vel impensas tolli parati sunt) deductio utilium impensarum etiam admittitur in hisce causis: 1. Si constet, eum easdem impensas facturum fuisse, d. l. in fundo 38. ff. eod. l. si servos 25. ff. de pignorat. act. l. Pomponius 9. ff. de negot. gest. 2. Si petitor habuerit rem venalem, d. l. 38. §. finge eam fin. l. nisi si venalem 29. ff. de rei vind. 3. Si possessor impensas denunciavit ei, qui se dominum dicebat, & is dissimulavit, silentiō ostendens se non curare, l. aut si ante 30. ff. eod. arg. l. qui patitur 18. ff. mandati. Deficientibus hisce causis possessori adhuc permittitur tollere id, quod posuit; tribus tamen observatis conditionibus, 1. Si sine detrimento domini auferrā potest, d. l. 38. ff. de rei vind. 2. Si possessori utile futurum sit; & 3. Si petitor non tantum offerat, quantum possessor sine læsione prioris status detrahendo consecuturus esset, d. l. 38. ff. d. r. Id quod posterius etiam in malæ fidei possessore obtinet: nam & is prædictis tribus conditionibus concurrentibus impensas utiles detrahere potest, l. 37. in f. ff. & d. l. domum 5. C. eodem. Aliàs utiles impensas malæ fidei possessorem non recipere dilucidè confirmat §. ex diverso 31. Inst. de Rei. div. & d. l. 5. C. de Rei vind. cum d. l. 37. ff. eod.

e) Cuius autem possessori eas sine rei detrimento tollerere licitum est, d. l. in fundo 38. vers. constituimus, ff. eod. & l. impense 79. §. ff. de verb. sign.

XVII.

Judicis officium est Actorem dominum declarare *a*, & ei rem cum omni causa restitui jubere *b*. Jussui si obtemperat possessor, Judex eum absolvit *c*; Sin minus, rem ex officio manu militari aufert *d*, si habet; si non habet, &

D 3. doló

Q.
Q.
Q.

les,
nt,
s a;
se;
O-
ter
20.
non
d. l.
gen-
ff. l.
in pr.
teris
fidei
l. do-
per se
uctus
solo
& l.
perit.
aut
edita
arg. l.
olo &
n he-
erie-
es im-
nge &
domo



dolo e fecit, quò minus restitui possit, actori
juramentum defert f, & quantum hic in litem
juraverit, etiam in infinitum, sine ulla mode-
ratione reum condemnat, sed cum quadam
distinctione g.

a) Nam iudex per suam sententiam Actorem Dominum
rei petite non facit, cum ante ejus dominus sit, sed saltem do-
minum declarat, l. ex diverso 35. §. ubi a. 1. ff. de rei vind. l. sicut a. 8.
§. si quidem 4. ff. si servitus vind. l. Pomponius 40. §. sed & is 2. ff. de
Procurat. Etenim si contingat, ut Judicis sententiâ res posses-
soris Actori adjudicetur, eo pretextu, quod sit actoris; hoc
casu error intervenit, qui domini translationem impetit, l.
dedi tibi 3. §. subtilius 8. ff. de condict. caus. dat.

b) l. officium 9. l. ex diverso 35 §. 1. l. praterea 20. ff. de rei vind.

c) Cum enim actori satisfactum sit, ulterior condem-
natio cessat, & iudex reum ab actione liberatum dimittit, §.
superest 2. Inst. de perpet. & tempor. act. ut hinc omnia judicia olim
absolutoria dicerentur, d. §. 2.

d) l. qui restituere 68 ff. de rei vind. l. fin. C. eod. Judicis enim
est sententiam suam imperio exequi, l. a dno Prox. in pr. ff. de re
judic. t. ff. ne vis sit ei, qui in poss. & publicè interest, ut rebus ju-
dicatis pro imperio magistratus stetur, l. servo 65. §. dum Prætor.
2. ff. Ad SC. Trebell.

e) Propter solum enim dolum in litem jurari potest, l. in
actionibus 5. §. sed in his 3. ff. de in litem juran. l. Neseinius 4. §. fun-
dum 1. in f. ff. de re judic. non etiam propter culpam: sed tunc
æstimatio à iudice facienda, l. videamus 4. §. fin. §. l. seq. §. 3. ff. de
in lit. jur. d. l. 63. vers. si verò ff. de rei vind.

f) Iudex enim & non alius Actori juramentum defer-
re debet, d. l. videamus 4. §. deferre 1. ff. de in lit. jur. Nam in
ejus arbitrio est deferre vel differre, l. in actionibus 5. §. sed iudex
1. ff. eod. Et si non delatò juramento, vel non delatò à iudice,
juratum sit, nulla erit religio, nullum jusjurandum, d. l. 4. §. 1.
ff. d. 1.

g) Distin-

g) Distinctio hæc est: Judex juramentum defert *aut cum taxatione*; & actor ultra modum à judice præscriptum jurare non potest, ne occasione arrepta juret in immensum: *aut sine taxatione*, ita ut eam Actoris affectioni committat, & actor jurare potest in infinitum, *d. l. restituere 68. § 1. ff. de rei vind. d. l. videamus 4. §. 2. & 3. ff. de in lit. jur.* Nam quia Dominus re sua carere, & eam quasi vendere cogitur possessori, qui ad restituendum fuit condemnatus, non immerito rem tanti aestimat, quanti vult, *per l. tutor. §. ff. eod. l. si filios. 25. §. maritum 1. ff. solut. matrim.* Et judex jusjurandum actoris sequi tenetur sine ulla moderatione: Exceptis duobus casibus: 1. si magna causa intervenerit; ut si in immensum juret actor, ita ut videatur pretium potius velle, quam rem ipsam; & ita legis beneficiò abutatur, quem beneficij fructu privari & ejus taxationem moderari, iniquum non est, *per l. auxilium 37. ff. de minorib. junctâ d. l. 4. §. 2. & 3. ff. de in lit. jur.* 2. si novæ probationes repertæ sint, videlicet rem Rei, non actoris esse: nam hoc casu reus absolvi debet, *d. l. 4. §. item videndum 3. ff. eod.* Quòd si verò actor jurare denegat, ejus voluntati obtemperandum est, *l. quod si possessor 71. ff. de rei vindic.* Omnes enim licentiam habent juri suo renunciare, *l. si quis in conscribendo 29. C. de pact. l. sed & si quis 4. §. quaesitum est 4. ff. si quis caut. in judic.* Prætereà nota: Possessorem hic non intelligi eum, qui cum impensas bona fide fecerit in rem Actoris, eam usq; dum ab actore ipsi satisfactum sit, restituere recusat: imò fatuus videtur, qui ante receptas impensas, cum rem in possessione habeat, eam restituit, *l. si non sortem 26. §. si certum 4. in fin. l. si in area 33. in f. ff. de condict. indeb. infra th. ult. lit. f.*

XVIII.

Actio hæc institui potest apud Judicem tam illius loci, ubi res controversa sita est, quam ejus, ubi possessor domicilium habet *a*: nec interest, an res sit mobilis, an immobilis *b*.

V. Subje-
ctum Loci:

a) l. in

Actus n. l. qui
impensas v. m. v.

Q. a) *l. in rem actio 1. & l. actor. fin. C. ubi in rem. act. l. cum in longi 12. C. de prescript. longi temp. l. quod legatur 38. ff. de judic. Institui potest in loco rei sitæ ideò, quia hic locus propriè videtur forum competens efficere: actiones enim reales pleræque rem comitantur, & in iis, non tam personæ, quam res controversa, & persona non per se, sed propter rem spectatur, *l. Imp. 7. ff. de Publicanis & vectigal. l. si debitor 12. Cod. de distract. pign.* In loco domicilii ideò, quia Rei vindicatio non contra rem, sed semper contra personam, h. e. adversus eum, qui rem possidet, competit, *l. actionum 25. in pr. ff. de Obl. & Act.* Ut qui propter rem quodammodo nobis obligatus est, *§. item si 5. Inst. de except. arg. l. 1. ff. de compensat. junct. l. fin. in pr. C. eod.* Et hic electionem habet actor, utrum velit sectari forum domicilii possessoris, an verò forum ejus loci, ubi res sita est, per *d. l. ult. C. ubi in rem. act. & l. un. C. ubi de hered. agat.**

Q. b) per *l. si res mobilis 10. & l. seqq. 11. & 12. ff. de rei vindic. & per d. l. ult. C. ubi in rem. act.* quia lex illa generalis est, & tam de re mobili, quam immobili locum habere potest: & quia eadem, quam modò diximus, ratio hic obtinet. *Facit huc c. fin. de foro compet. & ibi Canonista.*

XIX.

VI. Adjun-
ctum Tem-
poris.

Et statim amissa possessione competit, ac perpetuò exerceri potest *a*: prius autem Actor experiatur, quatuor ipsi benè prospicienda sunt: 1. Num ipse rem possideat, quam parat petere *b*? 2. Num interdictio quodam possessionem recuperare possit *c*? 3. An auctor suus, rei litigiosæ verus fuerit Dominus *d*? 4. An rem suam verè accusandus reus possideat *e*?

a) Quia civilis est, & sic perpetua; secundum *Regulam pr. Inst. de perpet. & temporal. act.*

b) Nam

b) Nam hoc modo non solum frustratorium erit, rem petere, quam ipse actor habet: sed etiam punietur damnò amittendæ possessionis, si sciens se possidere ab alio perat, cum *Dd. in l. naturaliter 12. § nihil commune ff. de acquir. poss. Myns. ad §. omnium l. n. 38. Inst. de action.*

c) Quia possessorium iudicium prius intentari naturale est, & commodius, *l. is qui destinavit 24. ff. de rei vind. §. retinenda 4. vers. & quia Inst. de interdict. quia in eo proceditur summarie, Gloss. in l. 1. verbo, petiturus, C. Quorum bonor.* Quia, cum causa levidensior habeatur in possessorio, recipiuntur ac sufficiunt in eo probationes leviores, quam in petitorio, *Post Gloss. & Bart. in loc. all. VVesenb. part. 1. Respons. cons. 21. n. 6. & seqq.* In Rei vindicatione verò dominium probare, difficillimum est, & onus petitoris vocatur, *d. l. is qui destinavit 24. ff. d. t. & l. inter 62. ff. de judic.* Quod onus probandi actor possessionem recuperans ad reum devolvit, qui partes Actoris sustinere, & dominium probare tenetur, nisi velit acquiescere, *l. exitus 35. ff. de acquir. poss. l. incerti juris 3. C. de interdict.* Quod si non poterit probare, possessor rem, etiamsi sua nō sit, retinet, *d. §. retinenda 4. vers. commodum, Inst. de interdict.*

d) Nam in contrario casu actori commodius erit actione Publiciana adversus possessorem experiri: In illa enim de necessitate duo saltem probanda sunt, nempe traditio & titulus, *l. air Prator 1. ff. de Public. in rem. act. Kling. in Inst. ad tit. de Action. sub Inscript. de Action. Public. n. 6.*

e) Ne si res penes reum non sit, iudicium reddatur elusorium, *l. qui petitorio 36. in pr. ff. de rei vindic.* Ubi notanda cautela illa *Angeli, in all. §. 1. n. 8. Inst. de Action.* nempe ut Actor in principio iudicii faciat interrogari reum, an possideat rem quia velit eam vindicare. Quod si reus fateatur se possidere, actor securè agere potest, sive possideat revera, sive minùs, *suprà th. 9. lit. e.* Si neget, & cōvincatur mendacij, res est expedita: Tum enim possessio officio Judicis transfertur à reo in Actorem, etiamsi is non probaverit, rem esse suam, *l. ult. ff. de Rei vindic. l. qui servum 20 §. in jure 1. ff. de interrogat. in jure fac. Nov. 18. c. 10. Adde c. vas. ll. 3. Si de feudo defunct. content. F. 8. t. 26.*

Cautela in signis.

E

Non-

VII. Con-
traria.

Nonnunquam quæ ipsi dominò compe-
tit in rem Actio, justis exceptionibus remo-
vetur; ut exceptione dominij *a*, præscriptio-
nis *b*, pacti conventi *c*, jurisjurandi *d*, rei judi-
catae *e*, doli *f*. Item si res petita sit talis, quæ in
commercio nostro esse non possit *g*: aut si in-
corporalis, aut talis, quæ vindicari nequeat *h*.
Item si reus se possidere negat *i*; aut obtulit A-
ctori rem petitam, qui eam noluit acci-
pere *k*.

a) Cùm reus contra se rei petite Dominum esse inten-
dat: cùm sæpe contingere possit, ut duo vel plures unius rei
titulum habeant, quæ variis modis de uno ad alium translata
fuerit: & sic potior est is, qui verius docuerit proprietatem.
De qua Exceptione *Justin. §. omnium 1. Inst. de Action.* in verbis:
possessor autem dominum ejus se esse dicat. Huc pertinet si res pos-
sessori alienata sit à Decessore, & hæres velit eam vindicare:
quibus enim exceptionibus ipse Decessor removetur, ijs-
dem etiam ipsius hæres: Exemplum est in *l. cùm à matre 14. C.*
de rei vindic.

b) Quam hinc latè quodammodò accipi velim, ut con-
tineat tam præscriptionem longi temporis, quàm reus se rem,
ac ita simul actionem præscripsisse proponit, *l. hereditatis 7. in*
f. C. de petit. hered. l. hereditatem 4. C. in quibus caus. cess. long. temp.
præscr. vocaturq; hæc præscriptio exceptio longi temporis;
nec refert, si quis ex lucrativa causa rem possideat, *l. super lon-*
gi 11. C. de præscript. longi temp. quàm præscriptionem longissimi
temporis; quàm reus, cùm mala fide & sine Titulo rem possi-
deat, non longi temporis, sed 30. annorum possessione, actio-
ni præscriptum esse dicit, *per l. sicut 3. C. de præscript. 30. ann.* Et
pertinet præscriptio principaliter ad jus excipiendi; unde &
nomen habet: Exceptio enim græcis est *ᾠδὴ γὰρ φη*, id est præ-

præscriptio. Et hinc est, quod veteres Juri præscriptionis voce
ut plurimum pro exceptione perpetua usi fuerint, *Rr. & l. pen.
& ult. C. de except. seu præscript. l. quid agitis ii. ff. de Exceptionibus,
præscriptio. d. l. ii. C. de præscript. long. temp.*

c) Ut si Dominus transegit cum Possessore, se de eo do-
minio amplius non moturum controversiam, per §. *prætereà 3.
Inst. de except. l. juri. g. 7. §. sed cum nulla 4. ff. de pact.*

d) Si Actor possessori jusjurandum detulit, & is jura-
vit se esse Dominum, §. *aque ei debitor. 4. Inst. de except. l. jusjuran-
dum 40. in f. ff. de jurejur.*

e) Si nempe possessor judiciò absolutus sit, §. *item si in
judicio 5. Inst. de Except. Rr. & l. si à te hereditatem 9. §. 1. & 2. & l. si
quis cum 7. §. & generaliter 4. ff. de except. rei jud.*

f) E. g. si quis rem alienam vendidit & tradidit, & po-
steà ejus rei dominium nactus est, cum eam ex nova causa,
fortè hereditatis, ab emtore velit vindicare, hac exceptione
submouetur, *l. si à Titio 72. ff. de rei vindic.* Item si possessor ante
litem contestatam sumtus fecit in rem petitam, quos actor
restituere nolit, jure retentionis exceptionem doli mali op-
ponet, *l. sin autem 27. §. 5. ff. eod. nisi de fructibus collectis tan-
tum consecutus sit, quantæ sunt expensæ: tunc enim com-
pensabit, l. quod si artificem 32. cum preced. ff. eod. Mynsing. ad §. 31.
vers. certè illud, Inst. de rer. divis. n. 6.* Quòd si possessor hanc ex-
ceptionem & deductionem per retentionem rei petitæ omi-
sit, & rem sciens ac ultrò restituit, amplius nulla actione sum-
tus repetere potest, cujuscunq; generis sint, *l. sumtus 48. ff. eod.
l. si in area 33. in fin. ff. de condict. indebi. l. Paulus 14. de doli mal. ex-
cept.*

g) Ut si reus fortè ex officio rei petitæ habeat admini-
strationem, actorem remove potest; quia res sit sacra, reli-
giosa, vel sancta, §. *sacra 8. cum seq. Inst. de rer. divis. Vide suprà th.
12. lit. a.*

h) de quibus diximus suprà th. ii. & 12.

i) Non enim compellimur inviti subire hoc judicium:
quia possumus respondere, nos non possidere & sic agenti-
bus satisfacere, *l. 36. & l. ult. ff. de rei vind. l. si à te hereditatem 9. in
pr. ff. de except. rei jud.*

E 2

k) Hic

k) Hic distingue: Res oblata à R E O, aut adhuc integra est: quam actor accipere nolens videtur habere pro derelicto, & amplius exinde rectè non aget, per §. qua ratione 47. Inst. de rer. divis. per l. si res pro derelicto 1. & l. Sempronius fin. ff. Pro derelict. Aut non est integra: Et subdistingue: aut offerens eam damnū, & id quod actoris interest, sarcire paratus est; hoc casu postea re forte peremta conveniri non potest: quia ex die oblationis omne periculum ad Dominum pertinet, l. item illa 18. in pr. ff. de pecun. constit. aut non est paratus prestare damnum: hoc casu ei hæc exceptio non competit, sed conveniri potest in id, quod interest, l. planè 3. ff. famil. ercisc. l. tutor 41. §. Lucius 1. ff. de usur. Vide ulterius Oldendorp. d. class. 3. act. 2. tit. Defensiones rei conventi.

Erratum Typographicum.

In declaratione th. 7. lit. c. lin. 6. post allegatam l. 13. ff. de rei vind. ut leges & addita ratio suis positionibus responderent, sequentia à Typographo sic inferi debebant:


Non vero ei competit, qui cum à principio litis, tempore nempe oblatis libelli dominus esset, lite pendente, non Adversarij, sed propriò facto dominium amisit, l. item si 15. §. si servus 3. ff. eod. l. tigni 7. §. fin. ff. Ad exhibend. & l. servus furtivus 14. &c.

F I N I S.

X2615935

Von





24 Pri. 7. num. 10.

DEO TER OPT. TER MAX.

Auxiliante & prosperante,

DISPUTATIO JURIDICA

DE

REI VINDI-

CATIONE:

QUAM

Permissu & Auctoritate

Magnifici & Amplissimi Jctorum Ordinis in prælustri Lipsiensium

ACADEMIA,

SUB PRÆSIDIO

P 187
Dn. WILHELMI SCHMUCCII,

J. U. D. & Prof. publ. Præceptoris & Fautoris sui omni observantiæ cultu prosequendi,

Publicè ventilandam proponit

JOHANNES ALBERTI,

Lobenstein. Varisc.

Ad diem 31. Octobr. In Acroaterio Juridico, horis consuetis.

LIPSIÆ,

Ex Officina BAVARICA, Anno M. DC. XXII.

